



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

Protestatio Mavrorvm Pontificvm De Primoso.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

LXIV.

ANNO
CHRISTI
414.

Placuit etiam, ut petant ex nomine prouinciarum omnium legati perrecturi, Vincentius & Fortunatianus, a gloriosissimis imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis caufarū, ut more sacerdotum prouinciæ, iidem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicū secretaria.

Cod. Can.
cap. 97.

Placuit, ut legationem liberam habeant ad comitatum missi delecti legati.

PROTESTATIO MAVRORVM
PONTIFICVM DE PRIMOSO.

PROTESTATOS esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosum per principales ciuitatis Tigauensis conuentum literis eorum fuisse, ut secundum principalia scita plenario Concilio sui præsentiam faceret: & ut oportuit, requisitus Primosus repertus non est, sicuti diaconi renuntiauerunt. Sed quia poposcerunt iidem Mauri de plenario Concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratrem senem Innocentium, has placuit mitti, ut agnoscat requisitum Primosum in Concilio, & minime fuisse repertum.

Tigauæ seu Tigaua, ciuitas est Mauritaniz Cæsariensis.

LXV.

Placuit & illud, ut plebes, quæ nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex Concilio plenario vniuscuiusque prouinciæ & primatis, atque consensu eius, ad cuius diocesim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

Cod. Can.
cap. 98.

LXVI.

Sane ut illæ plebes, quæ conuersæ sunt a Dona-

Cod. Can.
cap. 99.

Concil. Tom. 4.

Aaaa